EGVINARII BARONIS IVRECONSVLTI, AD τὰ πρῶτα Digeſtorum ſeu Pandectarum ab Iuſtiniano Cæſare editarum, perpetui commentarij.

Quorum particula prior Romanum, poſterior Gallicum ius ad ſingulos titulos complectitur.

AD CHRISTIANISS. MAXIMVMQVE PRINcipem, *Francorum Regem Henricum eius nominis ſecundum.*

Acceſsit Haloandro lectionum uarietas, tam ex Tuſco codice, quàm ex uetuſtiſsimo exemplari quo author utitur: in quo capitum omnium inſcriptiones quoque extant.

[illegible]

[illegible]

CVM PRIVILEGIO REGIO.

PARISIIS.

Apud Iacobum Gazellum, *ſub ſcuto Colonienſi in uia Iacobea, & ad Collegium Cameracenſe, ſub Inuidiæ typo.*

1548.

CHRISTIANISSI- MAXIMO'QVE PRINCIPI, FRANCORUM Regi Henrico eius nominis ſecundo.

Eguinar. Baro.

S. D.

REgum creandorum originem & cauſſam, Chriſtianiſs. maximéq; Princeps, huiuſmodi fuiſſe, ex ſacris profaniſque libris didici. Deus enim mundi uniuerſi dominus, Rex, atque Imperator, partẽ hanc quam mortales colunt, hominum primo ex argilla & luto facto, hæredibuſque fruendam dediſſe fertur. Cuius beneficij nomine tributum nullum, uectigal nullum impoſuit, ſed tãtùm ut ſe dominum præter cætera obſeruarent, fide & obſequio, ſanctè religioſeque colerent, præcepit: ut ſi rationem nobis ſequi permittamus, terram homini à Deo immunẽ ac liberam datã, fide & obſequela aſtrictam: beneficiũ ſub arctiore fidelitatis & obſeruantiæ conditione ſubiectum, immune, Regale, plenum, antiquũ, paternum, perpetuũ dicamus. Hoc indiuiduum tãtiſper uoluit, dum humanæ ſocietatis utilitas, certa ratione inter hæredes partiendum ſuaſit. Veram enim illam & ſummam legem, rectam rationem omnibus mortalibus inſeuit, quæ beneficium principiò indiuiduum, ſi uſus, ſi neceſsitas, ſi ſociorum, ſi cohæredum mores requirerent, inter ſe diſpertirent. Itaque multiplicatis in eum modum primi illius parentis hæredibus, ut commodè, non dicam eandem domum, uel ciuitatem, ſed nec regionem unam, uel alteram incolere poſſent: diſpertitæ gentes ac nationes, ſapientiſsimos ſimul ac fortiſsimos quoſque quibus belli domique pareretur, iuſtitiæ fruendæ, & pacis retinendæ gratia ſibi delegerunt: & hi Reges, aut alioqui principatum tenentes appellati ſunt. Et quoniam (quæ hominum eſt improbitas atque peruerſitas) neque ab extraneorũ atq; hoſtium excurſionibus fines ſuos tueri, ac defendere ſine armis, neque ſuos in officio continere ſine legibus ullo modo poſſunt: duas res eis potiſsimum curæ eſſe Deus uoluit: rem militarẽ, & legum ſcientiam. Rei enim militaris ſcientia, quæ ratione iuſtum bellum cum hoſte adminiſtrandum ſit, edocet: qui legibus noſtris ferè non paret. Lex eſt iuſtorum, iniuſtorumque diſtinctio, ad illam antiquiſsimam, & rerum omnium principem expreſſa naturam, ad quam leges hominum diriguntur: quæ ciuiles controuerſias dirimunt, ſupplicio improbos ciues afficiunt, & defendunt ac tuentur bonos. Quibus rebus ſalus regni, & ciuium inter ipſos ſocietas, uitæque quaſi communitas continetur. Ex legibus aliæ diuinæ ſunt, aliæ humanæ. Illis imperatur erga Deum religio, pietas aduerſus parentes, & in omnes iuſtitia & bonitas: his eadem ferè omnia, pœnis & iudicijs conſtitutis, ſanciuntur: niſi quòd tacitæ cupiditatis, & cogitationis pœna nulla dependenda ſit: ut nec omiſſæ religionis, pietatis, charitatis, uindicationis, gratiæ, obſeruantiæ, ueritatis multa peti ſolet: extra quàm ſi ea res neglecta, labefactare ac conuellere ciuitatis tranquillitatem, & ocium poſsit. Vtræque leges ſummo Regum ſtudio, Doctores & antiſtites habere debent, paucos quidem ſed ſelectos: qui non uerbis modò, &

EGVINARII BARONIS IVRECONSVLTI ad librum I. [illegible] Iuſtiniani Cæſaris, commentarij: quorũ particula prior Romanum, poſterior Gallicum ius, ad ſingulos titulos complectitur.

AD TRES CONSTITVTIONES DIGESTIS *Florentinis præpoſitas ſummatim.*

Argumentum.

Quibus temporibus legiſlatio Iuſtinianea emiſſa ſit. An ſint in ea leges adhuc contrariæ, quas ἀντινομίας Iuſtinianus appellat.

COMMENT. PARTICVLA PRIOR.

CODICEM vnum conſtitutionum (quem per excellẽtiam Codicem nunc appellant) Iuſtinianus indictione ſeptima ſui imperii edidit. [a] Quinto pòſt anno, nimirum indictione duodecima, Inſtitutiones ſuas, & pandectas tribus annis cõpoſitas, euulgauit. [b] Niſi tria volumina potiùs annis tribus in ordinem confecta putes, non tantù continuis: id quod ex ſubſcriptionibus harum epiſtolarum cõſtat. Et quoniam ad emendandũ ius vetus, quinquaginta deciſiones, & alias cõſtitutiones non paucas, iiſdem temporibus emiſerat quibus digeſta perſcripſit, hæ extra Codicem ſuprâſcriptum aſſeruatæ adhuc, ſequenti anno eidem adiectæ ſunt: nimirum indictione decimatertia Imperii euſdẽ, anno à Christo 536. [c] earum conſtitutionũ argumentũ in diuerſos Inſtitutionũ locos coniecit: [d] vt nihil ſit cur miremur, ſi Inſtitutiones interdum, & ſuprà ſcriptæ conſtitutiones nouo Codici inſertæ, cõſultorũ ſcriptis in Digeſta relatis, & prioribus Codicis reſcriptis poſteriora aliquid derogent [e]. certè controuerſias veterum, quæ vel in Pandectis attinguntur, vel à Triboniano reiectæ ſunt decidãt [f]. Quinquaginta verò Iuſtiniani deciſiones, ab aliis conſtitutionibus per eum codici adiectis, hoc iudicio ſecernes: quòd veterum controuerſias de aliquo iuris articulo memorent, atque eas mox decidant. [g] Ex his viginti quinque adhuc ſuũ nomen in codice retinent.

a l. j. C. de No. C. l. 2. C. de Confir. C. & l. j. & l. 2. & 3. C. de vet. iur.
c l. j. de Emendan. C.
d dic. conſtit. 3. §. admonimus l. pen. & fi. C. de Leg. Hær.
e l. pen. j. de Aſſe. l. fin. C. eo. l. 2. & fi. C. de Tẽp. appel.
f l. pen. C. de Adop. l. j. C. de Ea. q. inter. l. cũ oport. C. de Bo. q. lib. l. qui in ali. ff. de Acq. hær.
g l. fi. C. com. de Leg. l. vlti. de Neg. ge & fi.

De nego. ge.	l. vlti.
De vſufr.	ll. S.
Ad S.C. Vell.	l. pen.
De contrah. empt.	l. vlti.
De condi. indeb.	l. vlti.
De nupt.	ll. ſi fur. & antepen.
De cura. fur.	l. pen.
De furt.	l. vlti.
De neceſſ. ſer.	ll. antepen. & vlti.
De poſth.	ll. pen. & vlti.
De iur. delib.	ll. antep. & pen.
De lega.	l. cùm quæſtio.
De fideicom. lib.	l. cùm inter.
De commu. ſer. ma.	l. 1.
Ad. S. C. Orfi.	l. vlti.
De præt. pig.	l. 1.
De contrah. ſtip.	l. veteris.

Aliæ viginti quinque deciſiones, vel permutatæ, vel emendatæ ita fuerunt ante ſecundam codicis editionem, vt ſub generali conſtitutionum, vel ſanctionum titulo, ei inſertę ſint. Eas probabiliter ſubiiciam.

Qui & aduerſ. q.	l. vlti.
De petit. hær.	l. vlti.
De ſeruit.	l. vlti.
De dot. promiſſ.	l. vlti.
De auth. præſt.	l. vlti.
De impub. ſub.	ll. pen. & vlti.
De verb. ſig.	l. pen.
De fideicom.	l. pen.